



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

xxix. De parochiis & alienis parochianis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

pro terra in qua quis sepeliendus erit pretiū ec-
clesiæ nomine ne exigunto.

Porrò cui viuenti communicatum erit, eidem ^{11. Ex par-}
defuncto communicator. Et si casu quis in mor- ^{te. ij.}
tem se præcipitem duit, maxumè si ex honesta
causa id euenerit, corp⁹ eius ecclesiasticæ nihilo-
minus sepulturæ traditor.

Contra verò quibus non communicatum erit ^{12. Sacris}
viuis, eidem defunctis ne communicator. Qui
prius ab ecclesiastica vnitatem præcisi, nec in ar-
ticulo mortis ecclesiæ reconciliati fuerint, ec-
clesiastica sepultura carento. Si quæ excommu-
nicatorum corpora quorundam vi, aut casu in
cœmeterio ecclesiastico tumultata erunt, & ab
aliorum corporibus discerni poterunt: exhuma-
ntor, ab ecclesiastica sepultura procul iactā-
tor. Sin discerni haud potis erit: cum eorū ossi-
bus fidelium corpora ne extumulantor.

Episcopus tamen parochiano suo, etsi pro ^{14. Para-}
manifestis excessibus excommunicatus fuerit, ^{chiano.}
si dum in extremis ageret per presbyterum suū
iuxta formam ecclesiæ absolutus fuerit, cœme-
terium, & alia ecclesiæ suffragia ne denegato.
Quinetiam eius hæredes & propinqui ad quos
eius bona peruenerint, vt pro eodem satisfaciāt,
censura ecclesiastica compelluntor.

De parochiis & alienis paro-
chianis. Tit. 29.

NVL LV S episcopus alterius parochianum ^{3. Nullus.}
iudicato, vt nec ordinato.

Et si qui ex electa primū mansionem alio ad ^{5. Signifi-}
^{cauit.}

Qui

De Paroch. & ali. Paroch.

habitandum se transfulerint: relictorum locorum prelati nullam in eos iurisdictionem usurpant, neve ab iis, queis spiritualia non ministrabunt, temporalia exigunt. tantum de agris in eorum parochia constitutis hi qui domicilium transfulerint si fructus percipient, & earum partium ratio prediorum decumas exiget, eas integre persolunt. De cæteris ei cuius in diocesi agent tanquam diocesano suo respondent.

1. Si episcopus.

Quod si episcopus cum parochianis suis hæreticis ad catholicam unitatem conuersus fuerit, eas quæ sic inuentæ fuerint parochias equaliter inter se ille & substitutus olli episcopus heredescento, diuidito. vbi partes numero pares fuerint, alia loca ad illum, alia ad alium pertinent. qui amplius temporis in episcopatu traxerit ille diuidito, minor elegito, si vnus locus erit ad eum quem plebes elegerit pertinet. Sed si antiqui catholici suum, & ex Donatistis conuersi suum volent: plurimorum voluntas paucioribus præfertor. Sin autem partes equalis erunt: maioris temporis episcopo deputator. Si verò plurima loca in impari numero in quibus ambæ partes fuerint inuenientur, nec æqualiter diuidi poterunt: quæ loca parem numerum habebunt, distribuuntor. quod si quis locus remanserit in eo id quod in vno loco tractatum est seruator.

4. Super eo.

At si quos fines legitima probatione aliâve indubitata fide ecclesiastica ordinatione statutos esse constat: siue parochiarum siue prouinciarum limites erunt, nulla eorum, horumve quæ iis coherent præscriptio esto.

Cæterùm presbyteri dominicis festiuisque ^{2. Vt do-}
 diebus antequam sacrum celebrent, plebem, si ^{minicis.}
 quis alterius parochianus in ecclesia proprio cõ
 tempto presbytero sacrum audire velit, interro-
 ganto. si quem nacti erunt: actutum ab eccle-
 sia abiiciunto.

*De decumis, Primitiis, & obla-
 tionibus. Tit. 30.*

An debeantur decuma, & an exigi possint.

DECUMAS, cùm à domino institutæ sient, ^{14. Páro-}
 quasi debita exigere liceto. ^{chianos.}

Itaque nemo ius ecclesiasticum deminuito, ^{26. Tua}
 nemo decumas detineto. hæ egentium animarũ ^{nobis.}
 tributa sunt. deo optumo maxumo in signum
 vniuersalis domini de cunctis prouëtibus red-
 duntor. Clericis, queis eas ipse pro cultu suo cõ-
 cessit, tribuuntor. Colonus de parte fructorum
 quæ sibi remanebit ratione cultus, dominus de
 portione quam percipiet ratione terræ decumã
 sine deminutione reddunto. sumptus ne dedu-
 citor, néve semen separator. Prætextu nequitix
 clericorum aliis quàm queis ex diuino mandato
 debetur pro suo arbitrio, etiam capellis, clericis,
 pauperibus eas ne erogãto. Episcopi eos omneis
 qui ratione personarũ prædiorũve decumas ec-
 clesis & clericis diæcesis ipsius exhibere tene-
 bũtur ad eas cū integritate reddẽdas cõpellũto.

Sed & prædiorum domini hæc talibus per- ^{32. In ali-}
 sonis, & taliter, vt absque contradictione eccle- ^{quibus.}

Q iii